

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Cap. XI. Iucundos factus ex vnione Religiosorum, & participationem
bonorum operum eorum, partem esse prædicti illius centupli

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

verba profertet, respondit: quoniam Dominus in sacro Euangelio dixit: qui-
cunque pro eius amore renuncierit omnibus cognatorum suorum affe-
tibus; recipiet centuplum in hoc seculo, & vitam æternam in futuro. Ita e-
um ego experior nunc in me ipso; & fateor me nunc centuplū ipsum in hac
via recipere. Ingens enim hic dolor, quo crucior, adeò mihi est dulcis, ob-
siden firmam mihi datam salutis meæ, ut nolleam eam pro centuplo eorum,
qui in hoc mundo reliqui, commutare. Quod si ego tantus peccator tanto
nemis calamitatibus afficiar solatio: quantum accipiēnt viti perfecti, etiam
tempore sua lætitiam verè spirituale gaudium, quo afficior, centies mil-
les superat mundanum gaudium, quo in mundo afficiebar. Hoc sanctus il-
le vir motus à Spiritu sancto, qui tantum ei lætitiam largiebatur. Et in hoc
ipso die non defunt multi, qui leorsim sibi ipsis dicant, & fateantur hoc i-
plum, ob gaudij plenitudinem, qua afficiuntur in possessione solius Dei, di-
centes illud Davidis: n̄ quid mihi est in caelo, & à te quid volvi super terram? de-
fui caro mea, & cor meum? Deus cordis mei, & pars mea in æternum. Quasi di-
sent: in te ipso solo habeo quidquid desidero: extrate igitur nihil volo.
Quod si ignavi hoc ipsum in se non experientur, sibi ipsis, suæque ignauia
in explendis suis votis, & Regulis seruandis id tribuant: quod si id sentire
copiant, incipient cum novo furore iuxta suam vocationem vivere: promis-
sio quidem neminem excludit, & omnibus dicit David: o gustate & videte
quoniam suavis est Dominus: Beatus vir qui sperat in eo: cui sit gloria in æter-
num.

n Psa. 72.25

o Psal. 33.5.

CAPVT XI.

INCUNDOS FRUCTVS EX VNIONE RELIGIOSORVM, & parti-
cipacionem bonorum oparum eorum, pars em esse predicti
illius centupli.

EC DV M EST finis recensendi multitudinem & magni-
tudinem bonorum, quæ complectitur centuplum à Chri-
sto D.N. Religiosis promissum. Voluit enim ipse Regiam
planè suam magnificentiam manifestare, ostendens claril-
limis suis donis magnum suum òrga illos studium, cuius
typum habemus mirificè expressum in libro Canticorum,
iucunda quadam similitudine: quæ talis est: a Vinea fuit
perficio Salomonis, in ea ciuitate quæ habet populos multos hoc est, in Ierusa-

Typus R.c.
ligiosorū.
a Cät. 8.112.

Ee 3

lem:

lem : tradidit eam custodibus & agricolis , qui eam colerent & custodire
vir quilibet affert pro fructu eius mille argenteos. Sed nihilominus vina
coram me est, cuius curam ego gero, mille sui sibi pacifici, & ducenti hi, quo
fructuum fructus eius. Vinea haec est Ecclesia Catholica , ex ea præcipiter
(ut ait S. Gregorius) qua proficitur perfectionem Euangelicam & Religio
sam , sicut primi Christiani profitebantur: ideoq; dicere licet, intra cum
tem Ierusalem, quæ est Ecclesia universalis , & multos populos sine nati
vitatibus, & hominum status complectitur, habere Regem pacificum Christum
D. N. electam vineam suæ Religionis, cum regulis, votis, ac reliquis meo
qua dirigit ad obtinendam perfectionem Euangelicam. Hanc vineam
tradit ipse Religiosis, quos vocatione speciali vocat, ut eam colant, &
tent; ut sic perueniant ad perfectionem ; & eorum Prælatis, quibus con
mittit eius custodiam , & attentam curam. Quamuis non propterea
curam suam deponat: semper enim haec vinea est in conspectu eius, quia
amorem , quo eam prolequitur, valde oblectatur in eius custodia & ca
tura. Omnes hi conductores reddunt pro vinea & fructibus eius mille
argenteos, quibus intelligit S. Greg. reuinationem omnium retum pecu
larum, quas in mundo possidebant, significatas per numerum milie
& ipsum argentum : quas omnes tradunt pacifico Regi Christo Domino
in eius pauperibus: exauert se enim illis, vt cum maiori perfectione, &
que aliquo impedimento, melius ipsi possint seruire. Ac propterea mille
argentei dicuntur pacifici; quod in eis abiiciendis, & Christo ipsi tradendis
pax & quies nostra consistat; & per eosdem obtineamus pacem, & am
itatem cum sanctis, qui nos recipient in æterna sua tabernacula. Sed impo
nimus noster Rex tradit ducentos custodibus fructuum vineæ , dans eis pro
mia duplicita, quæ pluris sunt, quam ducenta millia. Quid(ait S. Grego
rius) per ducentos intelligimus , nisi duplice retributionem ; quam si
quiritimus, dum in hoc mundo perfectè pro Christo omnia terrena ce
bonis: alterum verò multò gloriosius in bonis æternæ gloriae. ita tamen
vt constanter custodiamus fructus huius vineæ , opega scilicet proprie
religiose.

§. 1.

INTER Hos fructus, qui etiam computantur tanquam pars centru
valde excellentia, & stupenda sunt bona, quibus Religiosi frumenti, &
mutuam , quam colunt inter se vñionem, tanquam partes cuiusdam cor
poris mystici, ad imitationem corporis naturalis: cuius membra, eo quod
sint inter se vñita & coniuncta , omnia attendunt ad bonum cuiusque
& singula accipiunt aliquid boni ab omnibus; & tunc etiam bonum, quod

ibidem.

ibidem.

ab eis accipit, est centies maius, quam deserat. Quod si quereras quodnam hoc bonum si dicere esse omne genus boni, quod Philosophi honestum, vnde, ac delectabile appellant, adiuuante Domino nostro, ut bona illud, magna habeat augmentum & perfectionem. Quemadmodum enim in ipso oculo multitudo & varietas præriorum, quæ sunt in beatis, auget præmium, & gloriam accidentalem omnium; quia unusquisque valde gaudet ac delectatur ex bono omnium, quasi esset proprium; & possidet in altero, quod non habet in seipso, eò quod unius charitatis omnes faciat, quasi unus: ita (ait Sanctus Basilius) in Religione, ubi unius charitatis valde floret: numerus Religiosorum, & varietas gratiarum, donorum, & talentorum, que in illis sunt, auget gaudium, & utilitatem omnium: nam cum quisque sumitur proprio bono, & talentis a Deo sibi datis; etiam vicitur, & fruitur taliter aliorum; & quod in se aliquis non habet, id habet in suis fratribus; & quod per se ipsum præstare non potest, id præstat per alios. Et (ut Sanctus Augustinus ait) dum quis amat bonum, quod alii habent, amore facit illud suum. Sinon potes tu ieunare, aut vigilare; amai in tuo fratre, & eius vigilie erit tua, & eius ieunium tuum: & hac ratione vigilabis & ieunabis cum eis. Adhuc Dominus noster distribuit gratias inter omnes, ut omnes beneficiant unicusque: & ita unusquisque fruatur omnibus. Quibusdam debet talentum ad gubernandum, ut me gubernent; alijs dedit gratiam dilaciones ut mihi bene consulant; alijs donum scientias, ut me doceant; alijs donum linguarum, ut mihi ad cor loquantur. Inter alios distribuit excellentiam virtutum: ut hic exemplo suo me doceat humilitatem; ille modestiam; alijs patientiam: ita ut tanquam carbones accensi alii alias accendant. Nec sine causa Dominus noster (ut explicat Sanctus Bernardus, & fusi postea dicimus) a eos dicit esse similes gregi tonarum, scilicet ouium, quæ facile libi in vicem adhærescunt, ut mutuo incalefiant: & simul dixit, esse sicut dentes, quile mutuo valde ordinatè iuvant, ad cibum masticandum in utilitatem omnium, nam singulicrum aliorum auxilio faciunt, quod nullus solus facere posset, ut propterea diceat licet, unum valere & posse, quantum centum: nam centum adiuuant unum; & hac ratione Deus remunerat in centuplo, obsequio, quod quisque illi præstat. Ex his igitur corporalibus deprehendere possumus, quid in spiritualibus geratur; nam officia, que sunt omnibus distributa, adferunt singulis subsidium, in ipsa enim Religione habeo, qui meis morbis medeatur, qui consoletur, qui tristem visitet, qui tempore temptationum & periculorum manum mihi porrigit, qui rerum familiarium curam gerat, qui cibos coëmat, coquat, & condit, mensam sternat, me ad eam vocet: & quod Principes, magnique Domini

magnis

Lib. de Cœ
stut. Mo-
nast. c. 19.Lib. L.
Homil. 15.a Cant. 4, 2
Serm. 63, 1
prauo
Tract. 7, 6, 10

magnis expensis, magnoque labore in suis domibus habent: id in Regione habetur cum magna delectatione, propter unionem charitatis, singuli alij mutuo ministrantur; et quod in eis Christum Dominum considerent. Et (ut Sanctus Chrysostomus ait) omnes sunt eadem nobilium nobiles; omnes serui, eodem genere seruitutis; omnes liberi, eiusdem libertatis; omnes eiusdem divitiis fruuntur, eodem honore, & eiusdem deliciis: quia haec omnia sunt omnibus communia; et quod sit qualis unica in multis corporibus; & unus Spiritus Dei, in multis animis qui eas facit unum secum & cum omnibus. Haec omnia misericordia pinxit Regius Propheta dicens: b Ecce quam bonum, & quam iucundum habere fratres in unum, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam: Aaron: Quod descendit in oram vestimentis eius: sicut ros Hermon, qui cendit in montem Sion. Quoniam illuc mandauit Dominus benedictionem, & tam usque in seculum. Haec verba (ait S. Augustinus) esse vocent, quos primos Christianos ad vitam simul ducendam, tanquam eiusdem summi fratres excitarunt; estque tanta huius rei praestantia & magnitudo, ut non posset David sensum suum internum ea de re verbis explicare, remittat ad affectus, dicens: o quam est plena & abundans omni genere bonorum vita Religiosa, in qua Religiosi vivunt, anquam fratres uno spiritu iuncti cum ipso Christo! quae autem lingua explicare poterit uniones, quas haec unitio in se complectitur? virtutes enim omnium testis coniungunt, ut unumquemque sanctificant; omnium delitiae conueniant, ut illi letificeant; & omnium utilitates & commoda, ut illi prosint; & ipse Christus D.N. cum suis Apostolis accedunt, ut singulos iuuent; & ipse me Deus in etissimam suam benedictionem adeo copiosam singulis imperrit, ut res centuplum, plus quam quisque illorum reliquit. Hoc pulcherrime expressa duæ illæ similitudines, quibus Psalmista hic est usus.

PRIMA est vnguenti preciosi, quo vngebatur caput summi Sacerdotis Aaron, fluebatque per eius maxillas & barbam usque ad oram vestimentum. Cum enim hoc vnguentum conficeretur ex quatuor rebus valde differens, ex myrra scilicet elesta, ex cinnamomo, ex casia, quæ est colona Iuginei & ignei sicut cinnamonomum, & ex calamo viridi, instar arundinis quæ omnia oleo oliuarum miscabantur: ita (ait Glossa) perfectio Eucharistica, quam vita Religiosa profitetur, complectitur coniunctionem omnis virtutum; & conflatur ex mortificatione, non quacunque sed selecta: & a pœnitentia & humilitate, quibus homo reputat se cinerem, quo se operat & ex charitate accensa, & patientia usque ad sanguinis proprii, si opus est effusionem; & ex heroica fide & ipso, quæ temper floret, crescere que infusa à Deo adueniente: quod totum miscetur oleo devotionis, & letitiae spiritus.

*In Apolog.
vita monast.*

b Ps. 132, 12

Ibidem.

Exod. 30, 23

Ibidem.

tualis in diuino officio; & cum operibus misericordiae in bonum proximi. Harum virtutum coniunctio & Societas euellit radices discordiarum, tristitia ac tædiorum inter homines; adferit pacem, gaudium, magnumque piatum; & quasi vnguentum flagrantissimum vngit caput & barbam, vi quead oram vestimenti, nam (vt S. Augustinus ait) hoc vnguento vnxit se Christus D.N. caput totius Ecclesie; & ab eo descendit ad Apostolos, ipsi maxime conionctos, & viros fortes ac imperterritos ad ipsum sequendum, & ab iis fluit ad reliquos Religiosos, qui eos sequuti sunt, & succedent usque ad finem mundi, in eadē Euangelica Professione; qui sunt preciosa valde uetus ipius Christi, qua patrem collo suo proximam exornat. Non enim dicit hic David, vnguentum Aaronis descendisse, usque ad oram vestimenta, quæ terram tangebat; led ad oram capiti proximam. Nam sacerdotes sunt quasi ultima huius vestimenti Christi Domini ora, quæ res terrenas continet, propter curas & solitudines, quas gerunt retum temporalium. Religiosi, qui simul & vnitivitatem vivunt, sunt (vt ait idem Sanctus) tanquam ora superiori uirilis, per quam caput ingreditur, maneque ipsi proxima: Christus enim D.N. incipit induere totam Ecclesiæ suæ vestem per eos, qui fraterna charitate sunt uniti; quibus Iesu conjuratur, eosque valde propere collocat, ob Excellentiam perfectionis eternam quibus tantam pretiosi huius & fragrantis vnguenti abundantiam communicat, ut impleatur tota domus Religionis; à prælatis ipsis, qui sunt caput, usque ad reliquos omnes, fortes ac debiles, magnos & parnos: ut omnes concordes sint, lati, pleni deuotione cum uinione Spiritus sancti. Hoc vnguenti genere non licebat in lege veteri rem ullam uagi, quæ non esset ad Sancta Sanctorum dedicata; nec ullus homo, qui non est in Sacerdotali genere Aaron: ut intelligeretur, vitam adeo preciosam & excellentem solum conuenire Sacerdotibus spiritualibus, dedicatis & consagratis ad quærendam sanctitatem & perfectionem in supremo eius gradu.

Hoc amplius declarat secunda similitudo, quam adducit David de Rore caelesti cadente super duos montes valde fecundos & pulchros, *Hermon & Sion*. Quid enim montibus utilius est aqua, & rore caelesti, qui facit illas uirtutem, fructumque in magna copia & pulchritudine proferre: sine quo rore aridi planè essent, & inutiles? & qui sunt duo illi montes *Hermon & Sion*, nisi duas partes, quas religiosæ perfectionis celitudo habet altera, quæ exercet opera vita activa ad passiones demandandas, & significatur per vocem *Hermon*, quæ significat Anathema, ac destructionem: repellit enim, destruit, & abjectit omnem genus vitiorum, imperfectiones, & prauas omnes tribunas, quæ ab eis omnibus oriuntur, ut Iesu cum summa puritate dicent Drogahera, quæ opera exercet vitæ contemplatiæ, & significatur per *Sion* montem Ierusalem, significatque speculam, ed quod exurgat ad res æternas.

T. m. 3.

Ff

nas

Ita S. Au
gustinus &
alij cœm-
munitar.

2.

Hermon
& Sion
mysticæ
quidam

nas contemplandas, suosque oculos figat in rebus cœlestibus, superum
que montem descendens ros cœlestis, reddit eos fœcundos sanctorum
rū; quibus ditat eos, qui coniuncti habitant in sancta fraternitate, pom-
tes alter alteri monti mutuas manus; & alterius opera, alterius iuuam; &
maiori studio in alterius opera incumbunt, fouent eos, qui exercent op-
alterius. Denique cùm Religio sit fratum vniō, facio adeō vnguentos
& a; & rore adeō copioso irrorata, & tanquam mons adeō excelsus fren-
ta; quid ad plenam ipsius perfectionem, bona nque fortunam superet,
vt ipsemet Deus largam suam benedictionem in illam mittat, in omni-
nere bonorum cœlestium, quæ descendunt inde per Iesum Christum
sanctificandum, exhilarandum, & commodandum ijs, qui adeō vnitivum
vt eorum vita adeō sit felix & fortunata, vt & per excellentiam vocari pos-
verè VITA: nam multorum, animis disiunctorum ac discordium vita, &
vita censenda est, sed mors: de qua dicere meritò licet, o quam malumque
amarum, & graue est, eos qui per fidem & Baptismum sunt fratres, vi-
titer se discordes, absque vniione & vinculo Charitatis. Nam omnes sunt in
gulorum cruciatus; & eorum vita est quædam inferni imago. Nam verbum
illud MeVM & TvvM, quod S. Chryſtoſtomus frigidum appellat, gelasim-
rum charitatem; & ita omnes contendunt, vt quisque sibi usurpet, quod
iam alter habere vellet, in Religione autem verbum illud adeō frigidum
exulat; non est meum neque tuum: quia omnia sunt communia, sicutum
fratres, qui necdum bonorum paternorum distributionem fecerunt: quia
si qua est contentio, illam, ait S. Basilius, esse, vt quisq; virtutes rapiat, & lo-
bere contendat, quas videt in suo fratre: cui tamen nullam propterea fa-
iniuriam: quia non illi aufert, quod possidet; sed ad suum commodum co-
uertit, cum vtriusque voluntate: & sancta hac æmulatione omnes rapimur;
nemini fit iniuria; sed utilitas & bonum commune augetur.

§. 2.

CV M PRÆDICTIS bonis alia etiam coniunguntur, quæ ad iac-
centuplum referuntur propter Communionem Sanctorum, qui sunt
in Ecclesia, & in ipsa Religione inter se iplos; & propter communi-
nem, quæ militans Ecclesia habet cum triumphante; & Religiosa Congre-
gio, quæ in terra versatur, cum ea, quæ est in celo. Totum autem hoc va-
llicit & impellit ad vocationem diuinam, quæ talem virte rationem impo-
rat, audiendam. Et sic eminenter expletur quod dixit David: a particeps
sum omnium timentium te: O custodientium mandata tua. Particeps inquit, sum
Satisfactionum, Sacrificiorum, & Orationum, & aliorum operum boni-
rum, quæ reliqui faciunt: ed quoddam membra sumus eiundem corporis my-
ci, quod eodem Christi Domini spiritu informatur & vivit. Præterea

a Ps. 118. 63.

I.

Oratione de
Sancto Phi-
logenio.
Tom. 3.

De Confir.
Monast. 6. 19

quod in gratiam Religionum facit Ecclesia, quæ cùm sit Iesu Christi Sponsor, etem suum sponsum imitatur, prosequens Religiosos singularibus favoribus ac priuilegijs: quemadmodum Summi Pontifices à Spiritu sancto permoti fecerunt, concedentes eis ex communi thesauro nominatim, ut Indulgentias plenarias, tam in ipso ingressu Religionis, quām in eiusdem progressu, & in ipla hora mortis; ut volumen, in quo illa continentur, vocat *Mare Magnum*; cùd qnd immensas gratiarum aquas contineat, ad resistentes spiritus profitentium vitam adeo perfectam, quos centuplo amplius remunerat, quām sacerulares.

Indulgen-
tia multæ
Religioni-
bus con-
cessæ.

2.

VENIAMVS nunc ad speciales fructus, quos Religiosi colligunt ex Communione Sanctorum, cùd quod sine eiusdem Religionis membra: quātus enim non sit communicatio in mēritis gratiæ & gloriæ, quæ vnicuique in tantum secundum eius opera: est tamen in multis alijs rebus ista communio nam propter merita & sanctitatem multorum in ipsa Religione coniunctione, benefacit Deus alijs, qui id per se ipsos non merebantur. Si. n b decem
b Gen. 8,33

qui inueniuntur fuisse in Sodomitæ, lati fuisse, ut Dominus omnium illorum misericordia, illis parceret, & totam cunctatem non deleret: quātū magis sufficeret Congregatio tot Iustorum & feruentium, ut benè faciat etiam tepidioribus! Deinde nulla est Religio, in qua non offerantur Deo multa sacrificia & orationes pro eiusdem bono, & augmentatione; cùm autem Cōunitatis ipsius bonum complectatur benum particularium: id, quod in communis, etiam pro particularibus sit, & orationes tot Iustorum plurimum possunt ad impetrandum pro omnibus. Propterea enim S. Iacobus Apostolus sua fuit, dicens: *c orate pro inuidiis ut salueritis*, & ipse Christus Dominus dixit: *d si esse in medio corum, qui in eius nomine essent congregati*, eorumque orationes audirentur. Et iniustus, qui per se non meretur exaudiri, si accedat ad orandum cum iustis, impetrat pro se, quod illi petunt. Et quamvis Rex Ioram impius esset, ac detestandus, quia tamē coniunxit se Regi Iosaphat, qui erat vir sanctus, impetravit à Prophetâ Eliæ quo dpetebat, quamvis hic ipsi Iorâ dimitte tuum Dominus Exercitum, quod si non vulnus Iosaphat Regis inde erubesceret, non attendissim quidem te nec respexissim. Ad hæc magna est satisfactionū Communio in vita & in morte: quæ liberalissimè applicantur per sacrificia & orationem. Et quoniam prolixum esset, referre, quid in omnibus Religionibus fiat, insinuabo solum, quæ in nostra Societate geruntur datur: enim nobis centies, & millies plus ex isto thesauro, quām ordinariè habuissimus in seculo. Nam singulis mensibus, & singulis hebdomadis, omnes Sacerdotes offerunt certum numerum Sacrorum pro Societate; & singuli fratres Coadiutores certum numerum Coronarum & Orationum: qui cùm sunt plarimi, fieri non potest, quin magna pars cedat singulis. Pro defunctis

c Jacob. 1,16
d Mat. 18,19

e 4. Re. 3,14

Ff 2

etiam,

etiam, omnes Sacerdotes vniuersæ Societatis singulis mensibus offerunt vnum Sacrū; Fratres verò vnā Coronam: quæ singulis septimanis erunt mutata millia Sacerorum & Coronarum. Et quoniam ordinariè non monum singulis septimanis nisi pauci, & interdum nulli: quām ingens thesaurus singulis obuenit ut breuissimo tempore ex purgatorio liberentur!

3.

f 2. Mach
25.12.

g 4. Re.6.16

h Cant.3.7

Serm.45.in
Cant.

Religio le-

ctulo Sa-

lomonis

assimilatur

i Cant.1.16.

4.

SED ex congregatione Sanctorum Religiosorum, qui verfantur in terra, ascendamus ad illam, quæ est in Aula cœlesti: qui procul dubio non cessant orare pro fratribus suis, qui adhuc versantur in terra. Si enim Omnis Ieremias iam fidelium multum orabant pro populo hebreo: etiam Religiosi fundatores & reliqui eiusdem familie, qui cum ipsis in cœlo sunt: orabant pro Religioso populo suo. Et quies admodum Deus D. N. magna beatitia largitus est filiis Abraham, Isaac, & Iacob ipsorum parentum intuitu, qui faciet Religiosis, propter intercessionem Patrum, qui sunt iam in cœlo securi de suo præmio, & solliciti de nostro periculo. Scribitur autem de quadam illorum, quod, imminente morte, filios valde propterea tristes, consolatus, dixit: se plus posse illos iuuare mortuum, quām in hoc exilio vivent: nam se eam habere fiduciam, quod plus posset in cœlo apud Deum continere, quam potuisse in terra. Quod si hinc transeamus ad totam cunctam Ecclesiam triumphantis, licebit certe sperare, eā singularibus fauoribus sequi Religiones, sicut militans prosequitur: siquidem ex huius status via magna illius pars constat, & quidem in altioribus gloriae thronis. Quin debitet, quin ipsi Angeli in maiori numero accurrant ad propugnandos Religiosos, in suis pugnis & angustijs, ita ut, cum magna fiducia dicere possint, quod Religiosus Elisaeus dixit: gloriosi nobiscum sunt, qui in contra nos: contra unum hostem nos persequentes, sunt centum propugnatores. Sed quidem, ut supra ex sancto Ambrofio retulimus: Status sanctior diligenter ab Angelis custoditur, & hunc letitium Salomonis sexaginta fortis ambulant, delectu S. Bernardus ait, quod sit Religio; quemadmodum enim homo per magnum aliquem laborem requiescit in lecto; ita in mundi tumultibus delagari, cum accedunt ad Religionem, inueniunt requiem, & ingle Christi, in eis requiescere: quia lectus est utriq; communis, ita etiam sponsa cum coquens, dicit: in letitius noster floridus, floribus scilicet virtutum absque spinis curarum secularium, ne autem quies haec inturbetur, magnam Deum subibet custodum multitudinem.

SED quid dicemus de Virgine Sacratissima, omnium Sanctorum Regna & fielium omnium matre? quæ singulari procul dubio studio & amore proteget Religiones, ipsius etiam obsequio dedicatas? cuius intercessio apud filium adeo est potens ut sufficiat centum pro uno deuotis suis impetrare. Memento enim, quid fecerit in nuptijs Canæ Galilæa:

quibus ob exiguum prandium sibi & filio exhibitum, impetravit eis sex hy-
dras vnprefiosissimi. Si igitur in domo nupiarum carnalium id Virgo san-
ctissima fecit, quid faciet in Religione, in qua semper spirituales animatum
cum Christo nuptiae celebrantur? quibus & ipsa tanquam mater adest, & fa-
ciet sine dubio impetrabit etiam centuplum ijs, qui relinquentes omnia, ex
mimo ipsius obsequio se mancipant.

k. Ioan. 2.10.

C A P V T XII.

PLENARIAM PRÆTERITORVM PECCATORVM remissionem, &
auxiliast atui Religioso annexa, & pignus, cautionemque eterna vita, par-
tem esse promissi cempli.

R E S A L I O S fauores insignes exhibet Deus noster Religioni,
vt centuplo promisso amplius illam daret: vnum exhibet in ipso
ingressu: secundum in toto vita progressu: tertium, quasi cautio-
nem certiorem salutis, tempore mortis. Quæ omnia sunt mo-
tua, & media ad ipsam vocationem; vt status, cui Deus adest iucundè ac be-
neole fuet, eligatur; & vt magno solatio in eo vivat, qui illum est aggressus.

PRIMVS fauor, & quidem valde magnus, est quod ipso die, quo Religiofi
siam edunt professionem, aut substantialia sui statu's vota, concedat ipsis
Deus plenariam omnium peccatorum remissionem, ita vt, si post dimissas
culpas per penitentia Sacramentum debeant adhuc centum, aut mille an-
nos grauissimarum penarum in purgatorio: in ipso momento indulgerur
ill liberalissime & plenarie etiam penarum illatrum remissio, atque si
eodem die, Baptismi Sacramentum sumerent. Religio enim est secundus
Baptismus secundum sententiam SS. Hieronymi, Bernardi, Thomæ, & a
liorum Patrum. Qui dicunt, quemadmodum in Baptismo, quia iuncta est, qua
intratur in Ecclesiam, conceditur integra remissio culparum & penarum,
qua propter eas debentur, & quod sit quedam spiritualis regeneratio; ob
quam homo desinit esse quod erat, & incipit esse quod non erat, exuens ve-
terem hominem, & renuncians Sathanam, & pompis eius; vt induat hominem
nouum, cuiusque legem profiteatur, & imiteretur virtutes; ita in professione, &
votoru'm editione qua iuncta sunt ad ingressum in Religionem, vt fiat eius
membrum; consequitur Religiosus plenam remissionem omnium penarum,
quarum propter suas culpas est letali's reus; nam & haec est secunda re-
generatio spiritualis, per quam desinit ille esse quod erat in seculo: abscondi-
t enim radices & occasiones peccatorum, renunciat pompis huius mun-
& operibus carnis, vt vitam inchoet nouam, sequens perfectè Christum.

Ff 3

CUM

I.
Religio se-
cundus bap-
tismus.
S. Hie. Ep. 8
ad Demet
25. de morte
Basilie.
S. Bern li. de
Peacep. &
Dispens.
S. Tho. 2.2.
q. u. a. 3. ad
3. q. in 4.
Sent. Dist. 4
q. 3. a. 3. q. 3.
ad 3.
S. Bonin A-
pollo. Paup.
paup. 3.1.
resp. ad 3.